

Kc  
3008



*Vol. 24.*



2

Q. D. B. V.  
REPETITIONUM COLLEGII  
AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.  
DISPUTATIO TERTIA  
DE  
**JURE TUTELÆ**  
ET  
**CURATIONIS,**

*Ex Tit. 13. ad finem usq; Libri I.*

*Instit. Jur.*

THESES XXXIV. Continens;

*Quam*

AUTORITATE ET CONSENSU  
MAGNIFICI IURISCONSULTORUM ORDINIS

IN ILLUSTRIS HAC UNIVERSITATE VIADRINA,  
PRÆSIDE

DN. MARCO RHODIO, J. U. D.

COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.

DOMINO PATRONO, PROMOTORE, AC HOSPITE SUO

OMNI HONORIS CULTU PROSEQVENDO,

IN AUDITORIO JURIS-CONSULTORUM

Exhibet

GEORGIUS Zeßell / Regiomont. Prussus,

*Ad Diem XIX. Sept. An. MDC LXXXIV. horis antemerid.*

---

Francofurti ad Oderam, Typis CHRISTOPHORI ZEITLERI.



REPETITIONUM COLLECTIO  
AD IURIS PRINCIPALIA  
DISPUTATIO TERTIA  
DE  
IURE TUTELAE

ORATIONIS  
EX IURIS PRINCIPALIA


IN  
MAGISTRI  
BY IURIS PRINCIPALIA

DR. MAG. RICHARDUS  
DOMINUS  
IN IURIS PRINCIPALIA

GRONINGEN

IN IURIS PRINCIPALIA





Q. D. B. V.

DE

# JURE TUTELÆ & CURATIONIS.

## *Ingressus.*



Cives Romani, qui sui juris sunt, jus personarum, de quo sacratissimus Imperator Justinianus *Lib. 1. Inst. suarum à Tit. 3.* usque ad finem ejusdem agit, nullo modo videntur afficere. Sive enim in tutela sive curatione sive neutro jure teneantur, ob internam qualitatē aliquam à communione Romana non arcentur. Ex parte siquidem duntaxat ipsis, quoad nempe pupilli minoresve sunt, administratione bonorum suorum interdicitur, & alieni auxilii egere censentur. Verum hæc prope majorem cum inducant civilium facultatum diversitatem, quam ipsæ personarum dignitates, quibus præ cæteris eminent, sexûs, similēsve prærogativæ, placuit laudato Imperatori, de his, qui sui juris sunt, ostendere, ipsos vel sibi præesse, vel alienâ prudentiâ regi. Illorum qui veniant nomine, facile est intelligere, dum hos non ignores, qui vel pupilli vel minores dicuntur. Rursum verò alii horum tutelæ, alii curationis jure utuntur. De utriusque illius jure jam Disputa-

A 2

tio

tio hæc à me concepta, exercitii Academici gratiâ, & quidem eo modo ac ordine, qvo per Collegii nostri institutum par est. DEus ei clementissimè faveat! & B. Lector, qvicumqve ille, hæcce ingenii & qvaliacunqve solertiæ nostræ documenta non penitus aspernetur, obnixè rogo.

THESIS I.

**Q**ui in potestate esse dicuntur, sunt vel in potestate strictè sic dicta, vel vocabulo potestatis latè sumto, in directione. Pupilli ergo Tutores habentes, sui juris sunt, & non potestati alterius subiecti.

*Pr. Instit. de Tutel. Conf. Vinn. in comm. b. l. n. 1. Magnif. Dn. Stryk in Not. ad d. pr. Ant. Matth. in Colleg. Inst. disp. 3. n. 1. 2. Donell. lib. 3. comm. de fur. civ. cap. 1.*

II.

Filiofamiliâs Tutor non datur: sed quandoqve curator.

*Argum. d. pr. Inst. eod. Nov. 117. c. 1. in fin. Berl. part. 1. dec. 129. n. 2. Molin. de f. & f. Tr. 2. disp. 220. n. 4. Pichard. ad §. 2. Inst. h. t. n. 9. Carpzov. Jurispr. For. p. 2. Constit. 10. def. 11. Treutl. vol. 2. disp. 8. th. 8. Bachov. in Comm. ad §. 3. Inst. h. t. n. 1.*

III.

Rectè definitur tutela, quòd sit vis ac potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui

qui propter ætatem se defendere nequit,  
jure civili data ac permiffa.

*§. 1. Inst. de Tutel. L. 1. pr. ff. eod. Donell. comm. jur. civ. lib. 3. c. 1. ibiq; Hilliger. in not. lit. B. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 8. th. 1. lit. A. & B. Mynfing. h. l. n. 10. Berens. disp. 2. Them. 1. qu. 1. DISS. & loco Vis volunt legi fus Wesenb. in Parat. ff. tit. de Tutel. n. 3. & Treutl. d. disp. 8. th. 1. lit. B.*

IV.

Soli Parentes, qui liberos in potestate  
sua tenent, his testamento tutores dare  
possunt, & quidem sine inquisitione.

*§. 3. Inst. de Tutel. Ludwell. in comm. ad h. §. n. 1. Schütz. disp. 4. th. 2. Vinn. h. l.*

V.

Iidem filio etiam exheredato in testa-  
mento rectè dant Tutorem sine confirma-  
tione.

*d. §. 3. L. 4. ff. de Testam. Tutel. L. 10. §. 2. in fin. & L. 31. ibid. Bachov. ad Treutl. disp. 8. th. 2. vol. 2. lit. B. Sinold. cogn. Schütz. disp. 4. th. 2. Duaren. de Testam. Tutel. cap. 2. Berens. disp. 2. th. 1. qu. 2. 3.*

*DISS. Hotoman. lib. 6. obs. 5. Nebel. in Them. dub. disp. 18. th. 4. lit. C.*

VI.

Mater ergò liberis tutores dare nequit,  
nisi eos heredes instituerit; ubi tamen in-  
quisitione opus est.

*Arg. §. 3. Inst. de Tutel. L. 4. ff. de Test. Tutel. L. 2. de Confirm.*

A 3

Tutor.

*Tutor.* Treutl. d. disp. 8. lit. C. Bachov. ad Inst. n. 5. ibi: Hæc de  
Patre. Suthold. diff. 3. aph. 10.

VII.

Hodie omnis Tutor in perfecto testa-  
mento, sive in codicillis testamento con-  
firmatis, datus, à magistratu confirmari o-  
pus habet. Nec interest, an filiofam. an e-  
mancipato Tutor datus sit.

*Ordinat. Polit. de Anno 1577. t. 32. Jus pruten. Lib. 2. tit. 6. art.  
1. §. 2. Vinn. in comm. ad §. ult. Inst. de Tutel. n. 5.*

VIII.

Tutor filio emancipato à Patre datus,  
& à magistratu confirmatus, dicitur testa-  
mentarius, non dativus.

*L. 32. verb. nam & prætor. ff. de Excusat. junct. L. 3. de Con-  
firm. Tutor. Dn. Brunnem. Exerc. 3. §. ult. de Tut. Schnobel, disp. 15.  
th. 3. in fin. Struv. Exerc. 31. th. 21. it. Strauch. diff. 5. aph. 5. Ant. Matth.  
in Coll. ad Inst. disp. 3. n. 10. Heig. qu. Illustr. part. 2. qu. 13. n. 8.*

*DISS. Cujac. lib. 7. observ. 7. Schütz disp. 4. th. 6. Treutl.  
vol. 2. disp. 8. th. 2. lit. C. Hœnon. disp. 3. ad Inst. th. 3.*

IX.

In testamento æqvè filiusfamiliâs, ac  
Paterfamil. tutor dari potest.

*Pr. Inst. qui testam. Tut. dar. poss. L. 9. ff. de his qui sui vel  
al. jur. sunt. it. j. L. 4. ff. ad Scutum Trebell. Arum. Exerc. 3. th. 7.  
Myns. pr. n. 2. Lindem. Exerc. Justin. lib. 1. tit. 14. n. 1.*

X. Pa-



## X.

Pater ex administratione tutelæ Testamentariæ filiifamiliâs non tenetur in solidum, nisi agnoverit, ac si ipse gereret; sed de peculio & in rem verso.

*L. 21. ff. de Admin. & peric. Tutor. L. 2. pr. ff. ad Municip. L. ult. Cod. de Filiisfamil. & quemad, pro his Pater ten. Lib. 10. Peretz. ad C. de Fidejuss. tutor. n. 3.*

*DISS. Treutl. vol. 2. disput 8. th. 2. lit. F. & Bachov. in Not. ibid. it. Wissenb. ad ff. p. 1. disp. 50. n. 3.*

## XI.

Servus proprius, sine libertate Tutor datus, directam consequitur libertatem: non fideicommissariam.

*S. 1. l. Qui test. tut. it. S. 2. Inst. de Sing. reb. per fid. rel. in fin. ibi. directa autem. Berens. disp. 2. Them. 1. qu 10. Suthold. Diff. 3. aph. 15. Bachov. hic & ad Treutl. Disp. 8. th. 2. Lit. G. Mantz. in Comm. h. n. 5. Gutierrez. de Tutel. P. 1. c. 10. n. 2.*

*DISS. Cujac. lib. 18. obs. 5. Ant. Matth. d. l. n. 12. Wissenb. ad l. disp. 7. n. 13.*

## XII.

Heredi Electorali tantum ei, cui ex paterno testamento non tutor datus, proximus Agnatus tutor est.

*Pr. l. de Legit. Agnat. Tut. Magnif. Dn. Rhetius in Instit Jur. Publ. lib. 1. t. 7. S. 9. seqq. Cöpp. in Usu pr. l. 1. Obs. 67. Wissenb. ad Inst. disp. 7. n. 20. Bachov. in Not. ad Treutl. vol. 2. disp. 8. th. 3. lit. A. Dionys. Gothofred. in Tr. de Tutel. Elector.*

*DISS.*

*DISS. per Aur. Bull. cap. 7. de Success. Princ. Elect. §. inter sollicitudines. Limn. ad A. B. c. 7. §. 2. obs. 31. Id. de Fur. Publ. lib. 11. c. 11. n. 103. Rosenthal. de Feud. c. 12. concl. 10. n. 19. Wurmser. in Exerc. Fur. Publ. 2. th. 17. Conf. disputantes hac de re in peculiari- bus Tract. Marquard. Freher. & Christoph. Gewald.*

XIII.

Differentiam inter agnatos & cognatos jure novissimo in materia tutelæ nul- lam agnoscimus: non tamen feudali.

*Nov. 118. c. 5. verb. neque in hac. Molina de J. & J. Tr. 2. disp. 220. n. 19. B. Dn. Brunnem. in Comm. ad Auth. Sicut. C. de Legit. Tut. Ludw. disp. 3. th. 4. Schultz in Synops. Inst. h. t. lit. B. Schrader. de Feud. p. 19. c. 10. n. 31. Jus Pruten. lib. 2. t. 6. art. 2. §. 1. seqq.*

XIV.

Mutato jure veteri, hodie mater & A- via omnibus aliis ex latere cognatis præ- feruntur, modò in viduitate permanerint, & Scto Vellej. renunciaverint.

*Nov. 118. c. 5. Berlich. P. 2. Concl. 12. n. 34. Carpzov. Jurispr. For. P. 2. Const. 11. def. 11. Paul. Berens. disp. 1. Them. 1. qu. 9. Strauch. Diss. 5. aph. 14. Schneidw. pr. t. qui testam. tutor. dari poss. n. 10. & 13. Jus Pruten. lib. 2. t. 6. a. 2. §. 6. Suthold. dissert. 3. aph. 18.*

XV.

Liberorum legitima per statutum tol- li non potest.

*§. ult. l. de Legit. Agn. tutel. L. 7. §. 3. ff. Unde liberi. L. 7. ff. de Bon. damnat. & L. Hac edictali. C. de Sec. Nupt. ibi. nullo modo.*  
Harprecht:

Harprecht, *h. n.* 28. Berl. p. 3. concl. 1. n. 47. Gail. lib. 2. obs. 122. n. 2. seq. Mynsing. cent. 5. obs. 43.

DISS. Dyn. in c. *indultum. de R.I. in 6.* Alexand. conf. 75. n. 11. vol. 1. Schurff. conf. 21. n. 2. cent. 1. Panorm. consil. 56. n. 19. *vers. sed his non obstantibus.* vol. 1. Idem voluit Jason. in Auth. *Novissima C. de inoffic. Testam.*

## XVI.

Damnati ad ultimum supplicium non fiunt hodie servi.

§. 1. I. *de Cap. Diminut. Nov. 22. c. 8. Auth. sed hodie. C. de Donat. inter Vir. & ux. Conf. Hunn. var. Resol. tr. 4. qv. 10. Harp. §. 1. h. t. GilKen. ad L. 2. n. 5. C. Qui. Testam. fac.*

DISS. Goedd. *de contrab. stipulat. c. 7. concl. 2. n. 10. & seqq.* Covarruv. in *Rubr. de Testam. Tom. 1. p. 3. n. 44.* Mynsing. *ad §. 1. h. n. 1. Wefenb. ibid. n. 4.*

## XVII.

Si plures ejusdem gradûs sint, tutela quidem ad omnes pertinet: sed administratio apud judicem uni committi potest.

*Auth. sicut hereditas. C. de legit. Tutel. Nov. 118. c. 5. in verb. si autem. Conf. jus Pruten. Lib. 2. t. 6. a. 2. §. 2.*

## XVIII.

Tutoris datio nec imperii est, nec jurisdictionis: sed ex speciali lege.

*Pr. Inst. de Attil. Tut. L. 6. §. 2. ff. de tut. Donell. lib. 3. comm. c. 7. ibiq. Hilliger. lit. C. Menoch. in comm. posthumo, de Imper. & jurisd. Lib. 1. c. 18. Besold. de tutel. c. 17. n. 1. Hottom.*

B

in

*in §. 3. de Attil. Tut. Hoenon. Disp. 3. ad Inst. controu. 8. Cöepp. usu pr. obs. 61. Lib. 1. n. 1. seqq.*

*Non obst. L. 1. ff. de jurisdic. L. 3. eod. §. 4. h. t. L. 13. j. L. 15. ff. de offic. proconsul. & leg.*

XIX.

Pupillus jurisdictioni dantis debet esse subjectus, aut ratione domicilii. i. e. ubi moratur & major est pars bonorum ipsius; aut originis.

*§. 4. ff. de Attil. Tutor. L. 1. §. fin. ff. de Tutor. & Curat. dat. L. un. C. ubi pet. Tutor. Dn. Brunn. exerc. 4. ad Tit. I. de Attil. Tut. §. 4. it. Gutierrez. de Tut. & Cur. l. c. 14. n. 3. & 4.*

XX.

Rectè Tutores & Curatores jubentur, rationes reddere de bona administratione tutelæ; nec, antequam hoc factum, à inu- nere suo liberantur,

*§. fin. l. de Att. Tut. Ordin. polit. de anno 1577. t. 32. Mantz. ad d. §. l. it. jus Prut. L. 2. t. 6. a. 12.*

XXI.

Pupillus sinè tutoris autoritate non obligatur, & ne quidem naturaliter.

*Harpr. ad Inst. in pr. d. Aust. Tut. n. 26. Forst. ad I. disp. 4. 10. th. Dn. Brun. in quest. ad Wesenb. de Autor. & Consens. Tut. qu. 3. Suthold disp. 3. th. 34. Treuth. vol. 2. disp. 8. th. 6. L. J. Frantzk. exerc. 3. qu. 5. n. 1.*

*DISS. Wissenb. Disp. 7. ad. l. n. 33. Alii affirmativam & negat.*

*negat. statuunt. Duarenus de Condition. Indeb. c. 6. Molin. Tom.  
1. de J. & I. Riemer. dec. 3. qv. Illustr. 8. Baro. ad L. naturaliter.  
§. fin. ff. de cond. Indeb.*

XXII.

Tutor auctoritatem suam in ipso negotio interponere debet; postea enim nihil agit.

*§. 2. I. de Aut. Tut. L. 9. §. 5. h. t. Mynsing. cent. 2. Obs.  
36. it. ad Inst. h. §. n. 1. Dn. Brunn. in exerc. ad h. §. 2. it. in qv.  
ad Wesenb. supr. d. l. qv. 14. Borcholt. ad §. fin. I. h. t. Harpr.  
ad §. 2. h. t.*

*DISS. Ungep. exerc. 4. qv. 8. Berens. disp. 2. Them. 2. qv. 6.  
Vinn. in Comm. ad h. §. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disp. 8. th. 6.  
Lit. C.*

XXIII.

Tutor in rem suam autor esse nequit: sed, si ipsi cum pupillo negotium intercedat, curator in ejus locum datur.

*§. ult. I. de Aut. Tut. L. 5. §. 2. ff. eod. Donell. Lib. 3. c. 12. Hil-  
lig. ad eund. lit. I. Hahn. in not. ad Wesenb. h. t. n. 12.*

XXIV.

Pubertate quidem tutela finitur secundum jus civile; moribus tamen tutela cum curatela conjungitur; & hæc de jure Saxon- ad annum usq<sup>ue</sup> 21. inclusivè durat.

*Pr. Inst. quib. mod. tut. fin. L. 1. C. quand. tut. vel Curat.  
esse des. jus Saxon. lib. 1. a. 42. quo cum coincidit jus Prut. L. 2.  
t. 6. à. 5. §. 1. Schults in Synopsi Inst. h. t. Lit. G.*

B 2

XXV. Mi-

## XXV.

Minima capitis diminutione legitima  
tutela hodie non tollitur.

Vinn. *in comm. ad §. 4. l. d. l.* Dn. Brunn. *in exerc. ad §. 4. de Cap. Dim.* Harpr. §. 4. *Inst eod. n. 4.* Rumelin. *p. 1. disp. 11. th. 35.*  
DISS. Treutl. *vol. 2. Disp. 8. th. 7.* Lit. F. Nigerdin. *Disp. ad Inst. 4. th. 4. qu. 10.*

## XXVI.

Hodiè inviti etiam adolescentes cura-  
tores recipiunt.

*Reform. Polit. de anno 1577. t. 32. jus Pruten. Lib. 2. t. 6.*  
*n. 8. §. 1. Ant. Matth. ad I. Disp. 4.*

## XXVII

Pro prodigo nemo habendus iplo jure:  
sed causæ cognitio ac decretum, quo is ta-  
lis declaratus sit, requiritur: & tunc ma-  
gistratus ei dat curatorem.

§. 3. *I. de Curat.* Scev. *de jur. Person. Dec. 6. qu. 3.* Hillig.  
*ad Donell. Lib. 12. c. 22.* Lit. F. Gutierrez *de Tut. & cur. p. 1. c.*  
*19. n. 5. Conf. Jus Pruten. d. l. a. 10.* Suthold *Disp. 3. th. 42.*

DISS. Baldus. *lib. 2. Conf. 259. & seq. it. lib. 5. Conf. 207.* Fachin.  
*p. 1. lib. 2. controu. c. 63.* Harpr. *ad §. 3. & 4. l. de curat. n. 8.*

## XXVIII.

Pignoratitia cautio in Tutoribus & cu-  
ratoribus non sufficit: sed fidejussoria re-  
quiritur; quæ tamen in testamentariis  
cessat.

Pr. I.

*Pr. l. de satisd. Tutor. l. Cur. Magnif. Dn. Stryk. in not.  
ad h. pr. Berens. Disp. 2. them. 3. qv. 2. Goedd. ad L. 61. de verb.  
signif. n. 2. C. 3.*

XXIX.

Hodie verò omnes ad idoneam cautionem promiscue obligantur: uti & ad confectionem inventarii, vel designationes bonorum pupillarum, vel minorum suorum.

*Reform. Polit. de ao 1577. t. 32. Jus. Prut. sepè d. l. a. 5. Dn. Brunn. ad L. fin. C. Arbitr. Tutel. n. 4. seq.*

XXX.

Tria onera tutelæ adhuc hodie à quarto suscipiendo excusant; imò sæpè etiam una tutela sufficit, hæc si valde sit negotiosa.

*§. 5. l. de Excusat. Tut. L. un. C. qui num. tutel. L. 31. § fin. ff. de Excusat. tut. Dn. Brunn. in Comm. ad d. l. 31. Struv. exerc. 31. th. 57. Jus Prut. lib. 2. t. 6. a. 4. §. 2.*

XXXI.

Species excusationis quoq; est imperitia literarum; hæc tamen non habet locum, nisi simul imperitia negotiorum conjuncta sit.

*§. 8. l. d. t. Treutl. vol. 2. disp. 9. th. 2. Lit. F. Magnif. Dn. Stryk. ad. d. §. 8. Ungep. exerc. 4. qv. 14.*

B 3

XXXII

## XXXII.

Doctores & LL. periti regulariter à Tutela non excusantur; nisi sint Consilarii Principis.

§. 15. de excusat. Tut. L. 6. §. 12. ff. b. t. L. 30. ff. eod. Jus Pruten. d. l. §. 1.

## XXXIII.

Suspectos postulare possunt cuncti; mulieres quoq; pietatis necessitudine ad hoc ductæ.

§. 3. l. de susp. tut. Bachov. ad Treutl. vol. 2. Disp. 9. th. 3. Lit. F. Vinn. in comm. ad h. §. Corvin. in enchirid. h. t.

## XXXIV.

Tutores vel curatores non ex fide tutelam gerentes, etiamsi solvendo sint, tamen ab officio removentur; & quidem, si ob dolum, fiunt infames; modò in sententia doli mentio facta fuerit: ob culpam verò, etiam latam, non æqvè.

§. 5. & 6. l. d. t. Dn. Brunn. in Exerc. §. 5. & 6. de susp. Tut. Struv. Exerc. 31. th. 52. Zoes. ad ff. b. t. n. 8. Ludw. Disp. 3. th. 12. Jus Prut. lib. 2. t. 6. à. 11. §. 3. Frantzk. exerc. 3. qv. 8. n. 4.

DISS. Treutl. vol. 2. Disp. 6. th. 4. Lit. G. it. Suthold, Disp. 3. th. fin. Donell. lib. 16. c. 7. & ibi Hillig. Lit. X.





**M**Asculè Tutorum dum singula jura tuērīs,  
Tutelæ Tibi non est opus auxilio,  
Quis dubitet? quod sat pare dexteritate juvare  
Maturus Patriæ grande Decus valeas.


*Ita*

*Nobilisf. DN. TEZEL., amico  
suo per dilecto, meritò applau-  
dit*

**THOMAS Siegfried King /**

J.U.D. & Pandect. Prof. Publ. Ord.

h. t. Facult. Jurid. Decanus.



*Nobilissimo ac Pereximio*

*RESPONDENTI,*

*Disputationis hujus Auctori,*

*DOMESTICO ac CONSALINO SUO OPTIMO.*

**T**E tua commendat Pietas, Te Gratia mo-  
rum,

Quàmque colis, Themidos copia dives  
opum;

Copia dives opum, magno quæfita labore,

Quem Viader summâ nocte dièque stupet,

TEZELIUM nostris ls quondam vidit in oris,

*Dogmata spargentem, quæ caruere fide.*

At

At, TE quando suis *hoc nomine* cernit Athenis;  
Virtutes alias laudat, & acta probat.

*Dogmata*, quæ certo vulgas hîc ordine, sanè  
Æternâ juris *non caritura fide*.

Sunt de *Tutela*, sunt de *moderamine Cura*:


*Tutela*, *Cura* sis, decet, inde *Bonis*!

TEZELIUM *Decus* & *Nomen* sic, quo pede  
cœptum,

Dum, ceu sponte cupis, pergis, ad *Astra*  
vehes!

*Hisce plaudit, & gratulatur debitè*

PRÆSES.



Kc 3008

EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

ULB Halle 3  
006 374 700  


1077  
*[Handwritten signature]*





Q. D. B. V.  
REPETITIONUM COLLEGII  
AD INSTIT. JUR. IMPERIAL.  
DISPUTATIO TERTIA

DE  
**JURE TUTELÆ**

ET  
**CURATIONIS,**  
*Ex Tit. 13. ad finem usq; Libri I.*

*Instit. Jur.*

THESES XXXIV. Continens;

*Quam*  
AUTORITATE ET CONSENSU  
MAGNIFICI IURISCONSULTORUM ORDINIS  
IN ILLUSTRIS HAC UNIVERSITATE VIADRINA,  
PRÆSIDE

**DN. MARCO RHODIO, J.U.D.**

COD. JUSTIN. PROFESS. PUBL. ORDIN.

DOMINO PATRONO, PROMOTORE, AC HOSPITE SUO

OMNI HONORIS CULTU PROSEQVENDO,

IN AUDITORIO JURIS-CONSULTORUM

Exhibet

**GEORGIUS Zeßell / Regiomont. Prussus,**

*Ad Diem XIX. Sept. An. MDCLXXXIV. horis antemerid.*

Francofurti ad Oderam, Typis CHRISTOPHORI ZEITLERI.

